



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

CLXXI. De facultate decreta, & statuta condendi concessa  
Fratribus Ord. Discalc. SS. Trinitatis Redempt. Capt. Congreg. Hispaniæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

1728.

etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem proflus fides ubique locorum, & gentium tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Rome apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVII. Januarii MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CLXX.

Extenduntur Privilegia Tertiariorum Ordinis S. Francisci ad Tertiarios Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum.

*De Privilegiis Tertiariorum Ordinis S. Francisci vide aliam hujus ed. 1725. Dec. 10. P. 2., & Conf. ed. 1726. Jul. 9. P. 3.*

Dat. 26. Febr. 1728. An. 4.

Expositio facti.

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**S. 1.** Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti & Filii Gabriel Barbatro Magister Generalis, & Alexander Ilomaei Procurator Generalis Ordinis Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, quod cum in dicto Ordine usque ab eius origine, prout ex illius Constitutionibus auctoritate Apostolica confirmatis distinet. 4. cap. 1. constare afferitur, Tertiarius Ordo utriusque sexus personas constitutas florescat, aliaeque ex eis emittunt, aliae vero vota simplicia observant, & reliqua observantia regulari propositi religiosi sece addicunt, & inter has aliquas reperiuntur, quæ separatim regulas in dictis Constitutionibus prescriptas custodiunt, illisque felic. record. Innocentius Papa XI. Praedecessor Noster nonnullas Indulgencias juxta eam diversum vivendi modum concessit, ut in Literis Apostolicis die octava Augusti 1681., & in aliis die 22. ejusdem Mensis, & anni respectivi expeditis plenius dicitur contineri.

**S. 2.** Cum autem, sicut eadem expositio subjungetur pro majori Dei servitio, observantia, & ejusdem Tertiis Ordinis augmento illa prescriptio, privilegiorumque concessio, quæ ab hac Sancta Sede Tertiariis Ordinis Sancti Francisci impertita fuerunt maxime consequentia sit, ad hoc, ut magis animarum devotio accendatur, similisque Instituti honesta disciplina augetur, iidem exponentes privilegia hujusmodi Tertiariis secundo dicti Ordinis concessa, ad Tertiarios utriusque sexus sui Ordinis per Nos extendi summopere desiderant; eo magis, quia Ordo primodictus non solum per communicationem, aut participationem, sed etiam ob individuum, & speciale concessionem omnibus privilegiis Ordinum Mendicantium fruitur, & vigore concessionis, & declarationis a recol. memor. Alexandro Papa VIII. pariter Praedecessore Nostro factæ, ac specialis Nostri Indulti versus Ordo Mendicans declaratur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

**S. 3.** Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensiovis, & Interdicti, aliquaque Ecclesiastica sententiis censuris, & pœnis a Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss. si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effigiem presentium dumtaxat consequendum, harum series absolventes, & absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, privilegia Tertiariis secundo dicti Ordinis S. Francisci, ut praesertur, concessa, ad Tertiarios utrius-

Extensio predicta.

que sexus primodicti Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo extendimus, & ampliamus.

**S. 4.** Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit primodicti Ordinis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboret statutis, & constitutdinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robre permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressi derogamus, certeque contraria quibuscumque.

**S. 5.** Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem proflus fides adhibetur in Judicio, & extra, quæ presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVI. Februarii MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

ANNO  
1728.

Derogatio.  
riæ.

Fides habi-  
da transum-  
ptis.

Conceditur facultas Capitulo Generali, & post eum Definitorio Generali Congregationis Hispaniae Ordinis Fratrum Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum decretis, & statuta condendi.

*Alia hujus Conf. ed. 1724. Sept. 27. P. 1. facta fuit facultas Capitulo Generali earumdem nominandi judices Conservatores in Provinciis Castella, Legionis, Navarra &c.*

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

**S. 1.** Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ildefonsus a Jesu Maria Procurator Generalis Congregationis Hispaniae Ordinis Fratrum Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum quod cum Deo dante prædicta Religio jam sit valde extensa, & quotidie plus per Orbem extendatur, eaque de causa maxima difficultas inveniatur in statuendo regimine universali, attentis aliquibus paragraphis Regula, & Constitutionum suarum in rebus ad gubernium Provinciarum, & ad Capitulorum Generalium, & Provincialium celebrationem spectantibus, siquidem ibi prescripta videntur fuisse tantum pro tribus Provinciis Hispaniae decreta, & determinata, & con sequente alibi ad proxim reduci minime posse, Superiores majores ipsius Congregationis novas Constitutiones ad uniforme omnium Provinciarum gubernium, tam haec tenus intra, & extra Hispaniarum Regna, & dominia exercitarum, quam ubicunque in posterum erigendarum, & spectantes etiam ad Capitulorum Generalium, & Provincialium hujusmodi celebrationem condere posse summopere desiderant. Nobis propterea dictus Ildefonsus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

**S. 2.** Nos igitur ipsum Ildefonsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommu-

CLXXI.

Dat. 26. Febr.  
1728. An. 4.

Causa adim-  
pellendum  
Pontificem.

Preces Pro-  
curatoris Ge-  
neralis.

nica-

ANNO  
1728.ANNO  
1728.Concessio  
facultatis  
prædicti

nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Capitulo Generali ejusdem Congregationis proxime celebrando, & post ipsius Capituli celebrationem Definitorio Generali, ut ad effectum prædictum nova Statuta, & Leges universales habendo præ oculis ad hanc efformationem quasdam nostras Literas desuper in simili forma Brevis die 4. Augusti anni proxime preteriti pro regimine Provinciae Sancti Joachimi in Regno Poloniae expeditas, itaut easdem Literas explicare, & extendere, moderari, & accommodare possint, condere libere, & licite valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & impertimur, dummodo tamen omnia nova Decreta in vim facultatis hujusmodi condenda, & facienda, ab hac Sancta Sede prius approbari debeant.

Clausulæ.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quatuor opus fit dictæ Congregationis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Industiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permansurs ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXVI. Februarii MDCCXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

CLXXII.

Confirmatur Canonis Regularibus Præmonstraten. Decretum Congregationis Rituum; quo conceditur eidem facultas recitandi in posterum officia nonnullorum Sanctorum ejusdem Ordinis.

De Confirmatione similis Decreti in gratiam eorumdem vide aliam hujus ed. 1725. Jun. 18. P. 2.

Dat. 8. Mart.  
1728. An. 4.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Facti exposi-  
tio.

§. 1. Emanavit nuper a Congregatione Veteranariorum Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum ad supplicationem dilecti filii Norberti Mattens Procuratoris Generalis Ordinis Canonicorum Regularium Præmonstraten. decretum, tenoris, qui sequitur, videlicet - Cum ex parte Patris Norberti Mattens Ordinis Canonicorum Regularium Præmonstraten. Procuratoris Generalis pro continuatione in posterum recitandi in universo suo Ordine Officia Sanctorum, seu Beatorum ejusdem Ordinis, scilicet Bea-

Bullarii Romani Contin. Pars VII.

ti Godefridi Confessoris, Sancti Gilberti Abbatis, Beati Friderici Abbatis, Beati Hermanni, Joseph Confessoris, Sancti Gerlaci Eremitæ, & Confessoris, Beata Gertrudis Virginis, & Sancti Siardi Confessoris, qua a multo tempore in communi, & antiquo dicti Ordinis Breviariorum, prout assertur, inferta reperiuntur, necnon pro sanatione omnium, & singulorum defectuum in predicta insertione forsitan incursum Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papaæ XIII. humillime supplicatum fuerit, Sanctitas Sua quibuscumque Constitutionibus, Ordinationibus, & Decretis in contrarium quomodolibet disponentibus minime obstantibus Oratoris Instantiis juxta petitam benigne annuit. Die 22. Januarii 1728. N. Cardinalis Cœsia - N. M. Thedeschi Archiepiscopus Apamenus Sacrorum Rituum Congregatiois Secretarius -

§. 2. Cum autem, sicut dictus Norbertus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicae confirmationis nostra patrocinio communiri summo pere desideret: Nos specialem ipsi Norberto gratiam facere volentes, eumque a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latris, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Martii MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno IV.

Præces Pro-  
curatoris Ge-  
neralis.Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clausulæ.

CLXXIII.

Instituuntur quinque Consiliarii five Socii, ac Secretarii Generales, ex diversis Nationibus eligendi pro Ordine Carmelitarum.

De quatuor Assistentibus Generalibus ejusdem Ord. vid. Inn. XII. Conf. ed. 1698. Aug. 30. P. 8.

Dat. 5. Apr.  
1728. An. 4.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Officii, quod auctore Domino, gerimus sollicitudo postular, ut felici, prospere Christifidelium sub suavi Religionis jugo emancipatorum regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, providere jugiter sataganus.

§. 1. Ad præclarum itaque Fratrum Beatae Mariæ de Monte Carmelo Ordinem, quem peculiari Apostolicae dilectionis prosequimur affectu, paterna dirigentes considerationis intui-

Exordium.